



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Capitvla Sev Rvbricæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

S T A T V T A
D. C O N R A D I ,
A R C H I E P I S C O P I .
C O L O N I E N S I S ,

In ejus Concilio Provinciali edita ,
Anno Domini M C C L X .

C A P I T V L A S E V R V B R I C A E .

<i>De manifesta cohabitatione Clericorum & mulierum.</i>	1	<i>ad Altare , & de Canonicorum comedendi & dormiendo modo.</i>	3
<i>De manifesta Clericorum negotiatione.</i>	2	<i>De Campanariis & Custodibus.</i>	7
<i>De insufficientia scientiae , quæ est illiteratura , Clericorum.</i>	3	<i>De Decanis , Scholasticis , Cantoribus & Canoniciis.</i>	8
<i>De Tonsura Clericorum.</i>	4	<i>De Capellaniis Regalibus , Episcopaliis , & Prepositorum ; & qui non debeant esse ejusmodi Capellani.</i>	9
<i>De Clericis Simoniacis.</i>	5	<i>De Pistrinis Ecclesiistarum.</i>	10
<i>De Clericis irregularibus.</i>	6	<i>De Praepositis & eorum Capitulis , qualiter erga se invicem habere debeant.</i>	11
<i>De dormitoriorum . De lectura Tabulae Capitularis . De Lunationibus & Kalend. De memorii defunctorum , & divino officio pro eis faciendo ; & de modo eundi in Capitulum , agendique & procedendi in eodem . De ordine ministrantium</i>		<i>De Electionibus Capitularum.</i>	12
		<i>De immunitatibus , & muris earum.</i>	13
			14

S T A T V T A
D. C O N R A D I
A R C H I E P I S C O P I
C O L O N I E N S I S .

In Nomine Domini , Amen.

NO S Conradus , Dei gratia sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopus , Sacri Imperii per Italianam Archicancellarius ; in agrum Domini , curæ Nostræ commissum , de Mandato Apostolico his diebus per ostium Visitacionis ingressi , plura in ipso , quam utique credebamus , offendiculorum invenimus zizania diversorum . Si enim mala opera conversationis , & scandala perversitatis , in Clero , recte zizania sunt censenda ; incepti super hoc propositum negotii prosequamur ; imprimis quidem extirpando radicibus vitia , ut deinde virtutum germen laudabile , unde fructus salutis proveniat , in-

*Visitatio
per D.
Conra-
dum fa-
cta.*

*Zizania
scandala
que dan-
tur à
Clero.*

seramus . Cum igitur ista bonorum plantatio germinum , & extirpationes vitiorum , in agrum Domini absque correctionis remedio fieri non valeat ; opportune , secundum qualitates & modos excelluum , correctionis Canonicae modos providimus adhibendos . Sane , cum ea , quæ Nobis genera diversorum offendiculorum visitantibus occurunt , in aliquibus Clericorum sint ista , & fere maxime in eorum compluribus uitata : Manifesta cum mulieribus cohabitatio ; Habitus Clericali incongruous disciplinae ; in nonnullis quoque eorum Negotiatio detestanda ; & Insufficientia scientia (quæ est illiteratura) in multis , quos Clericos folo nomine , non re , recta consideratione censemus ; & præter hæc , aliqua alia in nonnullis eorum occurunt , habentia notam labis Ecclesiasticæ : De manifesta mulierum cohabitatione notatis , ita secundum Canonicas præcipimus sanctiones .

I. *De manifesta cohabitatione Clerico-
rum & mulierum.*

C Vm enim manifestos mulierum cohabi-
tatores seu Concubinarios censemus ,
non

*In Clericis
porissi-
mum 4
scandalis
sunt.*

*Inconti-
nentia.
Indecent
habitu.*

*Negocia-
tio secula-
ris.*

Insidia.